



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Vitæ Sanctorum Sacris per singulos anni dies
Meditationibvs illustratæ**

Paderbornæ, 1697

S. Matthæus Apost. 21. Septembris.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62968](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62968)

ejus gloriæ, cedit meæ utilitati. Gaudeo Domine, sempérque gaudebo, quod fiat in me voluntas tua. Si doloribus affectum corpus gemuerit, anima certe acquiescit in divina voluntate tua, in eaque faciendâ semper gaudebit.

3. Si quas olim delicias Deus in oratione concessit, eas in præsentia deneget, id tuæ pravitati adscribe. Cave omittas solita pietatis officia, recedit Deus et probet virtutem, vel animum tumentem deprimat. Te Domine in orationibus non consolationes quero. *Quare faciem tuam avertis? gaudium per quod gaudeo? ubi es absconditus Pulcher quem desidero.* S. Augustinus

S. MATTHÆUS Apost.

21. Septembris.

Cum transiret inde Jesus vidit hominem sedentem in telonio, Matthæum nomine et ait illi: sequere me. Et surgens secutus est eum.

Matt cap. 9.

Vidit Judæa hodie clarum inter pauca Miraculum: Camelum scilicet per Angustias Acûs se penetrantem. MATTHÆUS fuit, è prædivite Publicano impiger CHRISTI sectator, cujus etiam vitam literis descriptam reliquit, maximam posteris hæreditatem.

tatem. In Æthiopia multa illi lucta cum Magis fuit, qui geminos aliquando in Divum Dracones emisérunt, sed quos ille quàm mox cicures in loca sola amandavit. Cum his monstris etiam perfidia exulavit. Nam cum insuper filium Regis demortuum ad vitam revocasset, permota hujuscemodi miris Regni longè maxima pars CHRISTUM amplexa est. Sed cum regnum adiisset, qui Iphigeniam jam olim Deo desponsam copulare sibi sacrilegus pertentaret. MATTHÆUS quòd palàm impium procum damnaret, dum ad aram facit, securi cæsus ipse victima sacerdos cadit. Continuò Iphigenia Virginitatis Patrono templum ponit. Hic Rex non Amore jam modò, sed irâ etiam ardens, ignes Virginis ædibus subjicit. Sed iterum pro pudore Angelo è coelis & D. MATTHÆO pugnantibus, flamma ad tyranni tecta evolans vix locum dedit, ut cum filio se subduceret. Nimirum mors illi minimè sicca debebatur. Sui ipsius carnifex suum denique hausit sanguinem, qui alienum semper sitiverat, regnumque Iphigeniæ germano reliquit, sub quo (utpote Christiano) liberè jam colere Æthiopia MATTHÆUM cœpit, cui quidem nos illud palmarium dicimus, quòd à purioribus un-

Domine,
s tua. Si
na certè
facienda
oncessit
adscribe
Deus u
leprimat
nes qua
quod gau
Augusti
post.
homi-
Mat-
eque-
eum.
pauca
er An-
THÆUS
CHRIS-
ris de-
æredi-
tatem.

200) 200 (030
dis primus non frustra Æthiopes laverit. Ex
Lippeloo.

M E D I T A T I O.

De S. Matthæo.

1. **S.** Matthæus à Christo electus fuit Apostolus, cum Christus transiret & videret sedentem in telonio. Transit Jesus, nos videt, nos vocat; vocat & transeuntem sequamur, ne, fortè cum transierit, non sit eum inveniendi locus, surgamus & generoso promptoque animo è vitiis nostris omnino emergamus. Jam pridem vocat Christus, Sed quæ nostra ignavia est, à voluptatibus avelli non possumus.

2. S. Matthæus fuit etiam Evangelista: mirum prorsus Evangelium nobis reliquit, & Æthiopes docuit, quæ viderat & scripserat. Non sunt tuæ partes, Evangelium scribere, at potes & debes Evangelio obedire. Hoc credis; cura igitur ut facta tua fidei tuæ respondeant. Scrutare conscientiam: vide quam teneas vitæ rationem: namque *id agendum est, ut vita nostra Evangelio respondeat.* Chryl.

3. S. Matthæus fuit Martyr, & jure vocari potest victima castitatis. Oportet ut vita tua sit jure Martyrium: oportet ut suavioribus deliciis abstineas, ac tibi ipsi moriaris, sensuum videlicet, cupiditatum, ac propriæ voluntatis mortificatione. Durum est hoc verbum: sederunt illa duriora: *Ite maledicti in ignem æternum.*



S. MAU.